



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 17. Hujus fœderis articuli post Romæ deprædationem mutati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. præter ipsas Curias, Parisiensem, To-  
A.C. 1527. losanam, Rothomagensem, & Burde-  
galensem. Præterea mutuo consensu  
agebatur de nuptiis Mariæ, quæ Regis  
Angliæ filia aut Francisco I., aut Hen-  
rico Aurelianensis Ducis filio secundo  
genito despontaretur; necnon de con-  
nubii pactis tractaretur in colloquio ab  
utroque Rege prope Caletum habendo,  
simulque hoc fœdus promulgaretur, ut  
Cæsar a juribus suis in Burgundiæ Du-  
catum desistere compellatur. Hæc ut-  
rinque Londini conclusa die trigesima  
Aprilis mutuo consensu firmata fuere.

## §. XVII.

*Hujus fæderis articuli post Romæ de-  
prædationem mutati.*

Paulo post firmatum hoc fœdus Roma-  
næ urbis expugnatio ac deprædatio,  
necnon summi Pontificis captivitas in-  
notuit, quo circa ambo Reges consultum  
fore censemebant, ut articulus de bello in  
Belgium movendo mutaretur, ac deinceps arma non nisi Italiam inferenda de-  
cernerentur; sancitum igitur, ut nulla  
mora Franciscus I. triginta peditum mil-  
lia, ac mille cataphractos eo duceret,  
eo quod Anglorum copiæ non sine in-  
genti labore, ac non nisi post longam  
moram illuc transferri possent; vicissim  
vero

vero Angliæ Rex singulis mensibus ali-  
quam pecuniarum summam persolveret, Sæcul. XVI.  
A. C. 1527.  
quæ ad exercitum usque ad finem Men-  
sis Octobris alendum necessaria foret.  
Postrema hæc pacta firmata ac subscri-  
pta fuere Westmonasterii die vigesima  
nona Maji , circiter tertia post captam  
urbem hebdomada , quo tempore ela-  
pso quantocius fœderi exequendo ma-  
nus admovebatur.

## §. XVIII.

*Cæsar Romæ deprædationem , & Pa-  
pæ captivitatem edocet.*

Sub idem tempus Carolus Imperator Pallav. hist.  
nuncium accepit, Romam a militi- Conc. Trid.  
bus vastatam , ipsumque Pontificem ad l. 2. c. 14.  
arcem S. Angeli fugere compulsum , ibi- p. 220.  
demque obfessum teneri ; tot calamita-  
tum fama se graviter commotum simu-  
labat Imperator, qui tum Vallisoleti agens  
jam antea festivos ignes accendi jube-  
bat in signum lætitiae, eo quod uxor ejus  
filium Philippum hujus nominis primum  
feliciter enixa esset. Ast quantocius fe-  
stivam aulæ pompam in vestes lugubres  
commutavit , publicas preces , ac  
solemnes supplicationes instituit ,  
ut misericors Deus tanta mala  
ab Ecclesia sua avertere vellet, verbo,  
nihil eorum intermisit, quibus immen-

Hist. Eccles. Tom. XXXV. O so